Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iste utilis inuenit. Ille autem idem superior lapis tota uelo
citate opis circumferit ut fallens oculos in ipsa celeritate
stare credat et putet immobilis esse dum currat. Qui quan
to uiolentior actus fuerit tanto opus perfectum consumat. Ita quo
por lapis stat. iacet et pene nihil prodest. Ille uero alter quo
inferunt cuncta suscipit quemuis uniuersa complectit
et per cauernulas quasdam uterque quod operis acquirit. Qui
moli autem hoc habere uidetur officium ut puigili cura gra
nis asperitate confracta ex intimis eius occultisque uisceribus
similagine medullamque producat. et sordium leuitate
discussa in aptum proferat omne quod purum est ex quo mundis
simum panem conficiens gratiam domini consequatur. Hos quoque do
os molares lapides duo esse arbitror testamenta. hoc est
legem moysi et euangelium domini. quia disposita ut parata.
ut sibi testamentum utrumque conuenat sic saluator ait.
non uenisse soluere legem sed ad implere et ad uice molarum
aliud insup collocatum. hoc est legem primum hominibus con
stituta. de inde ad perfectum euangelium. Que lex uelut
inferi mole saxum erat tarda pigra et penitus ociosa ut
quicquid operando acceperat id omne perdiderat dicente
de iudeis propha. omnes declinauerunt simul inutiles
facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Ergo
nisi euangelium superpositum fuisset ad huc lex uelut tar
da et grauissima iaceret in terra iudaica et uniuersum
tue cooperiret angustius. Nisi euangelium in quam datum